



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Theobaldo comite, qui in figura leprosi, Christi pedes lauit, cap. 31.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

minus quandoque species leproforū assumat, sequētia declarant exempla.

CAPVT XXXI.

*Apparet
Christus
in specie
leprosi.*

** l. 2. c. 5.
et l. 4. c. 3.*

Nobilissimus quidam princeps Theobaldus, Comes Campaniæ, de cuius operibus misericordiæ in * vita sancti Bernardi Abbatis Claræuallis mira leguntur, tantæ humilitatis erat, vt etiam præsentialiter tuguria leproforū visitaret: adhuc viuunt, qui illum in carne viderunt. Habebat autem ante quoddam suum castrum leprosum quendam manentem, ante cuius domunculam quotiens eum contigit transire, de equo descendit, & ad illum intrans, postquam pedes eius lauit, elemosynam dedit, & abiit. Post breue tempus, idem leprosus Comite ignorante defunctus est, & sepultus. Die quadam Comes iterum via illa transiens, mox vt ante tuguriū sibi notum venit, descendit, dicens: Oportet me visitare patrem meum, intransque, non leprosum, sed in leprosi forma & habitu cōtemplatus est Dominum, cui cum consueta opera misericordiæ impendisset, & tanto deuotius, quanto inspirabatur a visitato fortius, hilaris exiit, cumque suis dixisset, gaudeo me videre leprosum meum: responderunt ei quidam; Domine, sciat is eum pro certo dudum esse defunctum, & in tali loco sepultum. Quod vbi comperit Princeps piissimus, exultauit in spiritu, eo quod videre ei que ministrare meruerit præsentialiter, quem multo tempore in suis membris veneratus est. Vt autē Dominus IESVS tantam humilitatem tanti Principis etiam in præsentem remuneraret, & vt verba sua vera ostenderet, quæ dixerat: Quicquid vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, se illi exhibere dignatus est. Audi aliam visionem, ista adhuc excellentiorem.

Matt. 25

CAPVT XXXII.

EO tempore, quo heresis Albiensium pullulare cepit, contigisse dicitur quod narro. Erat in regno Francorum Episcopus quidam ætate iuuenis, sed magna religionis: nominis eius siue diocesis eius non memini. Hic tantæ fuit pietatis, misericordiæ, ac hu-

milli.